

483. Nusquam plus prospiciendum pulchritudini cicatricis, quam hic: vid.
(217.)

S C I R R H U S.

484. Scirrus (392.) pro causa habet quidquid succum in glandulis coagulare, inspissare, siccare potest. Ejus ergo sedes omnis glandula; sed in primis, quae liquorem facilius inspissandum habet vel ratione loci stagnare plus cogit. Unde in oculis, naribus, ore, mammis, axillis, inguinibus, pancreate, mesenterio, utero, saepius obtinet.

485. Hinc inflammatio; (392.) lac stagnans, caseosum, durescens, coagulatum; contusio; (322.) attritus validus; anthrax; bubo; ulcus premature clausum; materies atrabiliaria sanguinis, bilisve, maxime cessante consueto menstruo, vel haemorrhoidal fluxu; lapidescens, crassa, austera, gypsea materies; vita tristis; victus durus; haereditaria labes, scirrum creare possunt.

486. Effectus scirri nati, occupare aeta mole vicina, ea premere, comprimerre; laedere functionem scirrhosi, & vici ni; hinc inflammations, suppurationes, gangraenas, paralyses, atrophias, sphacelos,

los, sterilitatem, partum difficilem, volumn, & multa similia mala producere, quae ex natura & officio laesi, & compri-
mentis, facile deduci queunt.

487. Praesentia scitur, causa, (484.
485.) effectu, (486.) phaenomenis, (392.)
loco affecto, (484.) temperie aegri, co-
gnitis.

488. Ex iisdem (487.) eventus praesagi-
tur, considerando durationem mali, &
effectus. (486.) Sunt per se innocui, eva-
dunt motu incitato maligni.

489. Qui saepe vitari impos aeternum
metum parit.

490. Unde Curaturus note:
 1. Scirrum, si recens, benignus, loco
idoneo situs, nondum perfecte durus,
in homine euchymo, tentandum emol-
liente, resolvente medela; quo fumi a-
cidi, & vis mercurii in primis spectant.
 2. Si non cedit his, si locus, situs, vici-
na, mobilitas, conditio mali, robur &
valetudo aegri permittunt, ocyus ferro
integre eximendus est.
 3. Si vetus, colore, duritie, scabritie,
pruritu, inchoato dolore malignus, lo-
co vel vicinia timendus, adhaerescens,
in corpore cacochymo, extirpatu im-
possibilis; tum omnia vitanda, quae
motum augent, ne carcinoma fiat. Ideo
emol-

emollientia, suppurantia, rodentia, caustica, dissipantia, mala sunt.

4. Sed sola tum (490. 3.) anodyna, sedanta motum, Saturnina Mercurialia blanda convenient.

491. Si simul temperies peccat, haec corrigenda p[ro]ae caeteris.

C A N C E R.

492. **S**cirrhos, (392) aetate, augmento, motu vicinorum, si moveatur ita, ut vasa vicina ad margines scirrhi inflammari incipient, evadit malignus, & vocatur jam Cancer a similitudine, vel Carcinoma.

493. In quo (492) gradus inflammatis vicinae; acrimoniae puridae excessus in loco affecto; dignitas partis; glandularum nexarum numerus & conditio; temperies totius, diversos malignitatis primae status docet.

494. Si suis continetur pellibus, Occultus, his ulcere ruptis, Manifestus vel Ulcerosus dicetur; posterior priimi soboles.

495. Causa est quidquid scirrum facit, (484. 485.) acre scirrho mistum; mutatio in circulantibus, a menstruis haemorrhoidibus, haemorrhagia qualibet, retentis; sterilitas, coelibatus, effoeta aetas

a 45